

Fabula Aeliae: Unit 1

1.1 Salve Aelia!

Salvete, nomen mihi est Aelia. Filia Publii Aelii Hilariani, procuratoris Africae, sum. Carthago est mea urbs. Carthago est in Africā. Sum beata quia paedagogum habeo. Multae puellae paedagogum non habent, sed pater me nimis amat et intellegit meum amorem sapientiae. Nomen paedagogo est Sophronius. Sophronius est durus et iram habet si umquam in studiis erro. Ad forum saepe ire possum. Ibi sermones sapientium audio. Post studia, prosum matri domi. Sacrificia pro Gente Septimiā paramus. Saepe cum fratre ludo. Nomen fratri est Apollonius. Sub arbore in terrā iacere et ibi ad caelum videre possumus.

1.1 Nota

mihi: ego, mei, mihi, me, me - I/me. This is a dative of possession. Translate as “my.”

This is how you say, “My name is _____” *Nomen + dative + est...*

Aelia: Aelia, -ae f. (our protagonist)

Publii Aelii Hilariani: 2nd declension nouns. Names decline like any other noun.

procuratoris - procurator, procuratoris m. - a [procurator](#), provincial governor

Africae: Africa, Africae f. - Africa

Carthago: Carthago, Carthaginis f. - Carthage

mea: “my” (modifies *urbs*)

beata: “fortunate” (modifies the subject)

Multae: “many” (modifies *puellae*)

me: “me”

nimis: excessively, very much

meum: “my” (modifies *amorem*)

Sophronius: Sophronius, -i m.

durus: durus, -a, -um - tough (modifies *Sophronius*)

sapientium: sapiens, sapientis m. - wise man, philosopher

sacrificia: sacrificium, sacrificii n. - sacrifice

Septimia: Septimius, -a, -um - [Septimian](#). Septimius Severus was the first Roman Emperor from Africa. At this time citizens were expected to acknowledge the [Imperial Cult](#).

paramus: paro, parare, paravi, paratum - to prepare

ludo: ludo, ludere, lusi, lusum - to play

Apollonius: Apollonius, -i m.

iacere: iaceo, iacere, iacui - to lie

1.2 Salve Apolloni!

Nomen mihi est Publius Aelius Apollonius. Filius Publii Aelii Hilariani, procuratoris Africae, sum. Paedagogum, Sophronium, habeo. Me cognoscere de Hannibale Barcā et de imperatoribus Carthaginiensibus iubet. Exercitum ducere sicut pater cognosco. Studia me non delectant, sed gaudeo bestias cum meis canibus venari et in gymnasio pugil esse. Cum sorore, Aeliā, saepe ludo. Aelia me in ludis vincit. Quia Aelia callida est, omnia studia cognoscere potest.

1.2 Nota

Publius Aelius Apollonius: 2nd declension

Me: "me" (acc.)

Hannibale Barca: [Hannibal Barca](#), Hannibalis Barcae m. (a famous Carthaginian general, click link for more)

aliis: alius, alia, aliud - other (modifies *imperatoribus*)

imperatoribus: imperator, imperatoris m. - general

Carthaginiensibus: Carthaginiensis, Carthaginiense - Carthaginian (modifies *imperatoribus*)

exercitum: army (accusative form)

ducere: duco, ducere, duxi, ductum - to lead

sicut: just as

delectant: delecto, delectare, delectavi, delectatum - to delight

gaudeo: gaudeo, gaudere, gavisus sum - to rejoice. This verb often takes an infinitive, i.e. *gaudeo videre te* "I rejoice to see you."

bestias: bestia, bestiae f. - beast

venari: venor, venari, venatus sum - to hunt. The form here is the infinitive and should be translated "to hunt."

canibus: canis, canis m./f. - dog (with *meis* "my")

gymnasio: gymnasium, -i n. - [gymnasium](#)

pugil esse: “to box” This is literally translated as “to be a boxer.”

ludos: ludus, -i m. - game (with *omnes* “all”)

vincit: vinco, vincere, vici, victum - to conquer, to win

callida: callidus, -a, -um - clever (modifies *Aelia*)

omnia: omnis, -e - all (modifies *studia*)

1.3 Salve Hilariane

Nomen mihi est Publius Aelius Hilarianus. Procurator Africae sum. Pater Apollonii Aeliaeque sum. Mea filia callida et studiosa est, at filius nimis ludere cupit. Apollonium ducere exercitum cupio. Uxor, Monica, est femina bona et Maurorum. Carthago est mea urbs. Non solum divitias habet, sed etiam multos deos alienos. Deos Romanos et maxime Gentem Septimiam colimus. Novus cultus est, comites Christi. Unum deum modo colunt. Non deos Romanos colunt, non etiam Gentem Septimiam. Hic cultus plenus superstitionis est.

1.3 Nota

studiosa: studiosus, -a, -um - diligent, studious (modifies *filia*)

Monica: Monica, -ae f. - Monica (a traditional Berber name)

bona: bonus, -a, -um - good (modifies *femina*)

Maurorum: Mauri, Maurorum m. pl. - Mauri, Moors, [Berbers](#)

mea: (modifies *urbs*)

non solum...sed etiam...: not only....but also...

multos...alienos: “many...foreign” (with *deos*)

Romanos: Romanus, -a, -um - Roman (modifies *deos*)

colunt: colo, colere, colui, cultum - to worship

maxime: adverb. - especially

cultus: cultus, cultūs m. - worship, religious practice (this form is nominative singular, with *novus* “new”)

comites: comes, comitis f./m. - companion

Christi: Christus, Christi m. - Christ

Unum: unus, -a, -um - one (modifies *deum*)

modo: modo - only, just

etiam: adverb. - even, also

Hic: hic, haec, hoc - this/these (pl.) (nom. sing. masc. agreeing with *cultus*)

plenus: plenus, -a, -um - full (modifies *cultus*, often followed by a genitive noun)

superstitionis: superstitio, superstitionis f. - superstition, unreasonable religious belief

1.4 Salve Monica!

Nomen mihi est Monica. Maurorum gentis nata sum. Nunc uxor Publii Aelii Hilariani et mater Apollonii Aeliaeque sum. Filius studia non amat, at vir bonus est. Aelia studia amat, sed non saepe pia est. Debet mihi prodesse, sed saepe domo exit et ad forum adit. Ubi adest, mihi multum prodest. Domina domum gero, liberos servosque focumque. Sacrificia pro deis et gente Septimia cum filiā paro. Sacrificia sunt liba et lac et cetera. Nuper morbum horrendum subii, sed dei prosunt mihi, quia bona sacrificia deis paro.

1.4 Nota

nata sum: "I was born" (followed by a genitive)

bonus: "good" (with *vir*)

pia: pius, -a, -um - dutiful (modifies *Aelia*)

debet: debeo, debere, debui, debitum - to ought, to owe (often with a complementary infinitive)

mihi: "me" (dative with *prodesse*)

multum: "much"

gero: gero, gerere, gessi, gestum - to manage, to bear

natos: natus, nati m. - child (literally, "those born")

focum: focus, foci m. - hearth

liba: libum, libi n. - consecrated cake

lac: lac, lactis n. - milk

cetera: "the rest"

Nuper: recently

morbum: morbus, -i m. - disease, sickness (with *horrendum* "horrible")

1.5 Salve Sophroni!

Nomen mihi est Sophronius et sum servus. Nativa urbs est Heraclea Pontica. Propter magna vectigalia, meus pater me in servitudinem vendidit. Meum pretium fuit magnum, quia linguam Graecam dico et litteras cognovi. O di, oro iterum posse meam familiam videre. Nunc sum paedagogus Aeliae et Apollonii. Aelia est puella callida et discipula bona, sed saepe mens Aeliae errat. Puellae nimis discere non debent. Frater Aeliae, Apollonius, est difficilis. Non discere, sed modo ludere cupit. Saepe Apollonio iratus sum, quia dominus castigat me, si umquam Apollonius studia non cognoscit. Mox filius ibit ad Graeciam et rhetoricam philosophiamque cognoscet.

1.5 Nota

nativa: *nativus*, -a, -um - native

Heraclea Pontica: [Heraclea Pontica](#) - first declension noun; a city in Bithynia in Asia Minor.

propter: on account of (+acc)

vectigalia: *vectigal*, *vectigalis* n. - tax (with *magna* "great")

meus: modifies *pater*

me: "me" (acc.)

in servitudinem vendidit: "sold into slavery" A father had life or death control over the household. This is called [patria potestas](#).

pretium: *pretium*, *pretii* n. - price (with *magnum* "great" and *meum* "my")

linguam: *lingua*, -ae f. - language (with *Graecam* "Greek")

O: This often accompanies the vocative and can be left out or translated "Oh."

di: *deus*, -i m. - god (vocative plural form)

oro: *oro*, *orare*, *oravi*, *oratum* - to beg, to pray ([format of traditional Roman prayers](#)).
Used with an infinitive, "beg to do something."

iterum: again

meam: modifies *familiam*

discipula: *discipula*, -ae f. - student (female, with *bona* "good")

mens: *mens*, *mentis* f. - mind

discere: *disco*, *discere*, *didici* - to learn

difficilis: *difficilis*, -e - difficult (modifies *Frater*)

iratus: *iratus*, -a, -um - angry (+ dat.)

castigat: castigo, -are, -avi, -atum - to punish

Mox: soon

ibit: future tense of eo, ire, ii, itum

Graeciam: Graecia, -ae f. - Greece

rhetoricam: rhetorica, -ae f. - rhetoric

philosophiam: philosophia, -ae f. - philosophy

cognoscet: future tense of *cognosco, cognoscere, cognovi, cognotum*